

Cambridge University Press

978-1-108-05658-8 - Museum Criticum: Or, Cambridge Classical Researches: Volume 1  
Edited by Charles James Blomfield and James Henry Monk

Excerpt

[More information](#)**SAPPHONIS<sup>1</sup> FRAGMENTA.**

ÆQUO ATQUE ERUDITO

LECTORI S.

**P**RODIIT Antverpiæ, anno 1568, ex officina Christophori Plantini, libellus, carmina novem illustrum feminarum et Lyricorum complectens, ex Bibliotheca Fulvii Ursini depromta, viri diligentissimi, et qui Alexandri Farnesii Cardinalis instructissima bibliotheca tanquam sua utebatur. Unde factum est, ut in isto libello multa ex scriptis codicibus protulerit, quæ avide excipiebant literarum studiosi; quin et librum ipsum ea diligentia comparabant, ut dudum rarissimus sit factus, et vere ἐρυάνθιον, si quis eum forte venalem offenderit. Hanc igitur syllogen de novo edere instituit Joannes Christianus Wolfius, Professor Hamburgensis, qui institutum perfecit annis 1733. 1734. quorum illo Sapphonem edidit, hoc vero octo feminarum reliquias.

Erat Fulvius Ursinus vir immensi laboris; sed cum ad rem criticam accedebat, lapsiones ejus erant istiusmodi, inquit Rutgersius, ut non aliter excusari possint,

<sup>1</sup> Sapphus in secundo casu scripsit Ovidius, Sappho in quarto Ovidius atque Horatius, in sexto Plinius: quæ tamen poetica esse puto; ut Andromachen et similia scribebant Poetæ, cum potius Andromacham deberent. Analogia certe postulat Sapphonis, ut a Juno flexio est Junonis, a Dido, Didonis. Sapphonem scripsit vetus interpres Porphyrio in Horatium, S. II. i. 30. et sic Toupius ac Ruhnkenius.

Cambridge University Press

978-1-108-05658-8 - Museum Criticum: Or, Cambridge Classical Researches: Volume 1

Edited by Charles James Blomfield and James Henry Monk

Excerpt

[More information](#)

2

*Sapphonis Fragmenta.*

quam si reliquis ejus in literas meritis condonentur. Diligentissimus etiam Wolfius, sed in arte critica plane hospes. Idem dicendum est de Henrico Volgero, cuius sub auspiciis nuperime prodiit Sappho, Lipsiæ, 1810. commentariis instructa, seu potius onerata, rerum vulgarium plenis, styloque longe putidissimo conscriptis. Quare, cum ipse Wolfii libellus hodie e rarioribus sit, Volgeri autem inutilis fere sartago, visum est poetriæ Lesbiæ lacinias in usum studiosæ juventutis reconcinnare, paulloque castigatiore exhibere. In hoc autem faciendo, Sapphonis verba ad severioris Æolismi normam revocavi, quo usam fuisse decimam Musam universi fere grammatici tradunt. Plurimis igitur in locis pro aspero spiritu lenem substitui, quod hic moneo, ne idem saepius mihi dicendum sit.

Vale, Lector, atque hanc quantulamcunque nostram opellam æqui bonique consulas. Quod si Sapphonem a nobis adornatam tibi haud displicuisse intellexero, prodibit etiam, Deo volente, celeberrimus iste iambo-graphus, qui solus præter Homerum, opus invenit idem ac perfecte elaboravit.

*Sapphonis Fragmenta.*

3

I.

*Eis Ἀφροδίταν.*

ΠΟΙΚΙΛΟΦΡΟΝ, ἀθάνατ' Ἀφροδίτα,  
 παῖ Διὸς δολοπλόκε, λίστομαι τε  
 μή μ' ἄσαιστι, μηδ' ὄνιαιστι δάμνα,  
 πότνια, θυμόν·

CAP. I. Hoc Sapphonis carmen, a Dionysio Halicarnassense conservatum T. II. p. 47. ed. Huds. et ab Is. Vossio emendatum ad Catull. p. 116. perquam negligenter edidit Brunckius in Analectis. Felicius, quod mireris, tractavit Frid. Henr. Bothe, qui tamen Stephani, Ursini, Fabri, Longopetræi, Baxterique editiones nescivit. Totum carmen corruptissime legitur ad calcem rarissimæ Anthologiæ editionis, Venetiis apud Sabienses, ann. 1550.

1. Vulgo *ποικιλόθρον*, uti ab Hephaestione citatur p. 78. ed. Gaisford. Vossius conjecit *ποικιλόφρον*. Versus Sapphici apud Athen. XIII. p. 599. D. ὁ χρυσόθρονε Μοῖσα. Sed *ποικιλόφρον* exhibuit Bentleius ad calcem Horatii p. 709.

2. Recte Baxterus τὲ pro σέ. Ἄeolicum fuisse τὲ satis constat ex Latinorum te.

3. ἄταισι bene mutavit Vossius in ἄσαιστι, quod habet Schol. Hephaest. p. 64. ed. Gaisf. Vid. Porson, ad Eurip. Med. 247. Burnei Tentam. de Metr. Ἀsch. Agam. 131. Botheus vero μή με τεαῖσι μή μ' ἀνίαιστι. Vox Ἄeolensibus usitata fuit ἄστα. Alcæus apud Athen. X. p. 430. C. Προκόψομεν γὰρ οὐδὲν ἀσάμενοι. (Ἄeolice pro ἄσώμενοι.) Voce ἄσαρὸς utitur Nostra apud Hephaest. p. 64.

*Ibid.* ἀνίαιστι omnes. Hephaestionis editio Turnebiana habet ἀμηδοκαιστι. Ἄeolenses a in o mutasse, et dixisse πόρδαλις, βροχέας, βόρταχος, pro πάρδαλις, βραχεῖας, βάτραχος, potissimum est. Et, quod ad rem proprius est, ὅνω pro ἄνω, οὐδέληται pro ἀνέληται, teste Joann. Grammatico ap. Koen ad Gregor. p. 215. Alcæus in Apollon. Dysc. Exc. p. 429. B. versu choriambico, Μηδ' ὄνιαις τοι πλέας ὑμέων παρέχειν ~ ~ ubi

## 4

*Sapphonis Fragmenta.*

ἀλλὰ τυῖδ' ἔνθ', αἱ ποτα κάτερωτα                5  
 τᾶς ἐμᾶς αὐδᾶς αἴοισα πολλᾶς  
 ἐκλυει, πατρός τε δόμον λιποῖσα  
 χρύσεον, ἥνθει,

*ónicas* Αeolice scribitur pro *ávias*. Cf. Koen. p. 283. Maittair. de Dial. p. 154. C.

4. Citat Hephaestio p. 79.

5. Legebatur in Dionysio *τύδ'*, unde Vossius effecit *τυῖδ'*, ut etiam citant Priscianus et Hephaestio. Hesych. *Tuī*, φέα. *Κρῆτες*. *Τύδαι*. ἐρταῦθα. *Αἰολεῖς*, ubi Vossius, ex literarum serie, *τυῖδες*, probante Valckenaerio Ep. ad Röver. p. 32. Vid. Koen. ad Gregor. p. 169. Sylburgius scribit *τύδ'*. Evidem ad veteris linguae normam conjicerem *τεῖδ'*, nisi scirem Αeolenses ν pro α et ε posuisse. Dein ἔνθ' dedi pro ἔλθ', et mox ἥνθει pro ἥλθεις.

*Ibid.* αἴποκε Dionysius. αἴποκα Vossius, ceteri. Sed ποτὰ pro ποτὲ Αeolensium fuit, teste erudito Grammatico, Apollon. Dysc. Exc. p. 434. A. In Alcæi fragmento apud Procl. in Hesiod. p. 153. pro εἴκ' εἴποις, legendum αἰκ' εἴπης.

*Ibid.* κατ' ἔρωτα Dionysius; unde Vossius κατερῶτα, citato Hesychio, Κατερῶτα. καὶ ἄλλοτε. Hesychius vero exhibit κατέροτα, quod in κατέρυτα mutatum voluit Koenius ad Gregor. p. 274. suadente literarum serie. Et quidem Sappho χελύνη pro χελώνῃ dixit. Sed Apollon. Dysc. p. 434. A. ἐτέρωθε. αφ' οὗ καὶ τὸ παρ' Αἰολεῦσιν ἐτέρωτα.

6. αὐδᾶς Dionysius, quod Αeolicum esse pro αὐδᾶς putat Vossius. Mox Aldus αἴοις ἀπόλας. Vossius αἴοισα πολλᾶ, et sic plerique. Baxterus πόλλας. Mox τε pro δὲ dedi.

7. Αeolieum est λιπῶσα, teste Gregorio p. 274. Sed cum res incerta sit, notiorem formam retinui. Sappho fortasse scriperat λιπῶα. Veteres Dores dicebant μᾶα, πᾶα, pro μοῦσα, πᾶσα. Vid. Eustath. ad Iliad. Λ. p. 844, 8.

8. ἥλθει omnes. Alteram formam Αeolensium fuisse æque ac veterum Dorum, mihi compertum est. Apud Homerum γέντο nihil aliud est quam γέντο, Αeolice pro ἔλετο. Sic κέντο pro κέλετο veteri Dorica dialecto dixerat Aleman, teste Eustathio ad Iliad. I. p. 756, 32.

*Sapphonis Fragmenta.*

5

ἀρμ' ὑποσδεύκσασα· καλοὶ δέ τ' ἄγον  
ώκεις στρωθοὶ, περὶ γὰς μελαίνας                    10  
πυκνὰ δινεῦντες πτέρ' ἀπ' ὠρανῷ θέ-  
ρευς δία μέσσω.

9. ἄρμ' omnes, et ὑποζεύξασα. Sed Aeolenses post inventas duplices literas, veterem scribendi modum retinuerunt, judice magno Scaligero ad Euseb. p. 115. Vid. Koen. ad Gregor. M. p. 281. Maittair. p. 149. A. Hanc etiam scribendi rationem sero apud Dorienses invaluisse constat ex Diomedis Schol. ined. ad Dionys. Thrac. apud Villoison. Anecd. Gr. T. II. p. 122. ὅταν δὲ ἥθελον γράψαι λέξιν ἔχουσαν τὴν τοῦ Ζ ἐκφώνησιν, ἔγραφον Σ καὶ Δ ἀντὶ τοῦ Ζ, ΩΣΠΕΡ ΚΑΙ ΝΥΝ ΕΥΠΙ-ΣΚΟΜΕΝ παρὰ τοῖς Δωριεῦσιν· ἀντὶ δὲ τοῦ Ή, Κ καὶ Σ, ἀντὶ δὲ τοῦ Ψ, Π καὶ Σ. In marmore quodam apud Sponium scribitur ΑΜΦΙΑΝΑΧΣ, ΧΣΕΝΟΧΑΡΕΣ, prave pro ΑΜΦΙ-ΑΝΑΚΣ, ΚΣΕΝΟΧΑΡΕΣ. Forsan vero in ipso lapide exaratum fuit ΑΜΠΗΙΑΝΑΚΣ, ΚΣΕΝΟΚΗΑΡΕΣ. In Erinnæ, seu recentioris ejusdam carmine apud Stobæum, scribitur Σᾶ δ' ὑπὸ σδεύγλᾳ. τ' pro σ' dedit Baxterus.

10. Mihi vix dubium est, quin legendum sit ὠκέα, celeriter. στρούθοι edd. Dein codices Dionysii περιγάσ. Aldus πτέρι-γασ, unde recentiores πτέρυγας. Vossius περὶ γάσ, quem sequitur Brunckius. Baxterus vero πτέρυγας retineri jubens, parentes habet Wolfium, Fischerum, Volgerum, quorum duos priores non offendit vox πτέρα in proximo versu. Volgerus vero omittit πτέρ', quod agnoscent Dionysii codices et editio Aldina. Pro πυκνὰ Anthol. Venet. habet πολλά. & supra περὶ γῆν μέλαιναν. Et forsitan accusativus præstat.

11. Edd. δινέντες. Volgerus δινέοντες, quod Ionicum est. Mox ἀπ' ὠρανῷ θέρος Dionysii Cod. Reg. I. ἀπ' ὠρανῷ θέρος Colb. Vossius ἀπ' ὠραν' ὠθέρος, ita etiam Baxter. ἀπ' ὠρανῷ αἰθέρος Brunck. Sed nec elisio nec crasis tolerari potest. Botheus αὐ' αὖραν, αἰθέρος δία μέσσω, quæ mera est tautologia. Quod dedi, est ex ingenio, codicibus faventibus. Notum est Virgilianum, *Nare PER AESTATEM liquidam, To float amid the liquid noon.* Scrupulus tamen injicitur, quod Aeolenses pro οὐρανὸς

## 6

*Sapphonis Fragmenta.*

αἰπσα δ' ἐκσίκοντο· τὸ δ', ὁ μάκαιρα,  
 μειδιάσασ' ἀθανάτῳ προσώπῳ  
 ἥρεν ὅττι τ' ἦν, τὸ πέπονθα, κῶττι      15  
 δὴ τὲ κάλημι,  
 κῶττι μεῦ μάλιστ' ἐθέλω γενέσθαι  
 μαινόλᾳ θυμῷ—τίνος αὖ τὸ πειθοῖ  
 μὰπς σαγήνευσας φιλότατα; τίς τ', ὁ  
 Σάπφο', ἀδική;                                    20

non ὡρανὸς sed ὄρανὸς dixerint. Alcæus apud Athen. X. p. 430.  
 A. "Yei μὲν ὁ Σδεὺς, ἐν δὲ ὄρανῷ μέγας Χειμῶν. Vid.  
 Hemsterhus. ad Polluc. X. 124. Ceterum huc alludit Athenæus  
 IX. p. 391. F.

13. Vossius et Brunckius *αἱψ' ἀλλ'*, metro pessumdato.

15. ἥρε' omnes, quod Ionicum est; et dein γ' pro τ' ple-  
 rique. Mox κ' ὅττι δὴ Vossius, δὴ Brunck. Bothe. δὲ ἦν  
 Baxter. Wolf. Harles. δεῦρο Antholog. Venet. Scite Volgerus  
 δὴ νε σε. Dein κάλημι Vossius, ceteri fere omnes. De forma  
 κάλημι vid. Koen. p. 294. Maittair. p. 237. A. Nostra apud  
 Athen. XV. p. 687. A. ἐγὼ δὲ φίλημι ἀβροσύναν.

18. Dionysius *τίνα δὲντε πύθωμαι σαγηνεύσαι φιλότητος*  
*σ' ὁ Σαπφὼ, δίκην.* MSS. *σαγήνεσσαν.* Ursinus & Stephanus  
*τίνα δὲντε πειθὼ καὶ σαγηνεύσαν φιλότητα, τίς σ', ὁ*  
*Σαπφοῖ, ἀδικεῖ;* Vossius *πειθημι.* Botheus, *τίνα δὲντε*  
*ἀπειθῆ τοὶ σαγηνεύσω φιλότατα;* satis bene. Meam tamen  
 conjecturam prætuli. *σαγήνεσσαν* vox nauci est. Mox τ' pro  
 σ' dedit Baxterus.

20. Vulgo *Σαπφοῖ ἀδικῆ.* Botheus, *τίς τοὶ, Σαπφοῖ,*  
*ἀδενκάς;* Etymolog. M. p. 485, 41. Αἰολεῖς τὰ τῆς πρωτῆς  
*συζυγίας* διὰ τοῦ ἡ προφέρουσιν, ἀδικήω. Ὁψάτ' ἀδικήη.  
 Codex Dorvill. ὠψαφ' ἀδικήη. "Proxime ad MS. Dorv. lec-  
 tionem accedit Aldus Rhet. p. 537. *τις σω ψαπφαδίκη.* Duris-  
 sima sane est diphthongi οἰ elisio: legendum tamen videtur *τίς*  
*σ', ὁ Σάπφο', ἀδική;* Potes quidem, levi transpositione facta,

Cambridge University Press

978-1-108-05658-8 - Museum Criticum: Or, Cambridge Classical Researches: Volume 1

Edited by Charles James Blomfield and James Henry Monk

Excerpt

[More information](#)*Sapphonis Fragmenta.*

7

καὶ γὰρ αἱ φεύγει, ταχέως διώξει,  
αἱ δὲ δῶρα μὴ δέχετ', ἀλλὰ δώσει,  
αἱ δὲ μὴ φιλεῖ, ταχέως φιλάσει  
κούκ ἐθέλοισαν.

ἔνθε μοι καὶ νῦν, χαλεπᾶν τε λῦσον      25  
ἐκ μεριμνᾶν ὅστα δέ μοι τελεῖσθαι  
θυμὸς ἴμέρρει, τέλεσον, τὺ δ' αὐτὰ  
σύμμαχος ἔστο.

## II.

## Eis Ἐρωμέναν.

Φαίνεται μοι κῆνος ἵστος θεοῖσιν  
ἔμμεν ἀνήρ, ὅττις ἐναντίος τοι

sic digerere *Σαπφοῖ*, Tis σ' ἀδική; Sed hoc alteri non temere  
prætulerim." Gaisford. ad Hephæst. p. 65.

24. Dionysii ed. Aldina κ' ὥσκ' ἐθέλοις. MSS. κ' ὥσκ' ἐθέλοις.  
Vossius ἡ οὐκὶ ἐθέλλοις. Brunckius ἡ οὐ κεν ἐθέλλοις, Botheus  
εἴ κεν ἀθέλλοις, quorum hoc barbarum, illa solœca sunt. Quod  
reposui certissimum est.

26. τελέσαι edd. Legendum forsan τελῆσθαι, quod antiqua  
scriptura fuit τελεσθαι.

27. Vid. fr. XLVIII. Mallem tamen τέλεσον τὸν, καντά Σ. ἔ.

II. Apud Dionys. Longin. II. Y. §. 10.—Apollon. Dyscolus  
p. 427. A. citat φαίνεται Φοι, quod male edidit Vossius; ipse  
enim Apollonius p. 423. B. citat φαίνεται μοι.

2. Omnes fere, ᾧνηρ pro ὁ ἀνήρ. Atqui κεῖνος ἀνήρ Græce  
dicitur, non κεῖνος ὁ ἀνήρ. Codd. Longini ἔμμενων ἥρως  
τις.

*Ibid.* ὄστις omnes. Alterum magis Æolicum. Nostra apud  
Etymol. M. p. 449, 37. Ὅττινας γὰρ εὖ θῶ, κῆνοί με μά-  
λιστα σίνονται. Mox variatur inter ἐναντίος et ἐναντίον.

ισδάνει, καὶ πλασίον ἀδὺ φωνοί-  
σας ἐπακούει  
καὶ γελάσας ἵμέροεν, τὸ μοὶ μὰν                        5  
καρδίαν ἐν στάθεσιν ἐπτόασεν·  
ὡς τε γάρ Φιδῶ, βροχέως με φωνᾶς  
οὐδὲν ἔτ' ἴκει.

Dein rectius forsitan scriberetur *σοι*, si modo fides Apollonio Dyscolo adhibenda sit, p. 426. C.

3. Forsan rectius esset *πλατίον*. Dein MSS. Vaticani ἀδὺ φωνούσας. MS. Ambros. ἀδύφων σαῖς, unde Boivinius ἀδὺ φωνᾶσαι σ', quod ferri potest, modo legas γελάσται. In quibusdam Codd. legitur ἀδυφωνούσας una voce, quod fortasse melius. Vid. Toupi. Appendic. Not. in Theocrit. p. 31.

4. ὑπακούει edd. ἐπακούει Hemsterhusius in Misc. Obs. T. IV. p. 287. probante Ruhnkenio.

5. MSS. Longini γελάῖς, unde Vossius γελᾶῖς, quod Æolice dictum pro γελᾶν, tradunt recentiores quidam Grammatici; ego vero non credo. Quare vulgatam lectionem retinui, nisi quod γελάσας Æolice scripserim pro γελώσας. Tollius maluit ἀδυφωνεύσας et γελώσας. Verum, hic Æolismus in genitivis non obtinuit. Dicebant πάσας pro πάσας accusativo, non item pro πάσης. Idem notat Catullum, ut videtur, vulgatae lectioni patrocinari, *dulce ridentem*, Toupius dedit καὶ γελᾶῖς δ. Mox idem cum Boivinio μὰν pro τάν.

7. ὡς γάρ ἵδω σε ed. princeps Longini. ὡς γάρ σ' ἵδω Codd. Vat. Paris. Ambros. ὡς γάρ εἰδῶ σε Vossius, quem plerique secuti sunt. Æolenses autem dixisse Φιδέω satis liquet ex Latinorum video. Quin et veteres Dorienses eadem forma utebantur. Theocrit. III. 37. Ἀλλεται ὄφθαλμός μεν ὁ δεξιός ἄρα γείσω Αὐτάν; ubi vulgo ἄρα γ' ιδήσω. Vide Dawes. Misc. Crit. p. 114. Notent tirones τε pro σε dici. βροχέως MSti. nempe pro βραχέως, statim. Vossius vero βροχέας, Æolice pro βραχεῖας.

8. MSS. εἴκει. Vossius ἴκει. Toupius ἴκει, quam correc-

Cambridge University Press

978-1-108-05658-8 - Museum Criticum: Or, Cambridge Classical Researches: Volume 1  
Edited by Charles James Blomfield and James Henry Monk

Excerpt

[More information](#)*Sapphonis Fragmenta.*

9

ἀλλὰ καμμὲν γλῶσσα φέφαγε, λεπτὸν δ'  
αὐτίκα χρῶ πῦρ ὑποδεδρόμακεν,  
οππάτεσσι δ' οὐδὲν ὄρημι, βομβεῦ-  
σιν δ' ἀκοαὶ μοί.

tionem suffuratus est Brunckius. Citat Toupius Nostram apud Aristot. Rhet. I. 9. Αἱ δὲ ἵκε σ' ἐσλῶν ἴμερος, η̄ καλῶν. Ceterum comparandus est Plutarchus in Demetrio p. 1661. ἐγίνετο τὰ τῆς Σαπφοῦς ἔκεινα περὶ αὐτὸν πάντα, φωνῆς ἐπίσχεσις, ἐρύθημα πυρώδες, ὄψέων ὑπολείψεις, ὥρωτες ὀξεῖς, ἀταξία καὶ θόρυβος ἐν τοῖς σφυγμοῖς, τέλος δὲ, τῆς ψυχῆς κατὰ κράτος ἡττωμένης, ἀπορία, καὶ θάμβος, καὶ ὠχρίασις.

9. καμμὲν pro κατὰ μὲν. Vid. Tryphonis locum a me excitatum in nott. ad Aeschyl. Theb. 740. καμμεῦ Vossius, et γλῶσσα σέσιγε. Barnesius πέπηγε. Sed MSS. ἔαγε. Alii legunt γλῶσσ' ἔαγη, ἀν δὲ λεπτὸν, alii γλῶσσ' ἔαγ', ἀν δὲ λ. Penultimam vero in ἔαγα produci necesse est, in ἔαγην corripi. In Homer. Iliad. Λ. ubi editur περὶ ρόπαλ' ἀμφὶς ἔαγη, procul dubio legendum ἀμφὶ φέφαγε. Aristoph. Plut. 545. Ἄντι δὲ θράνου στάμνου κεφαλὴν κατεαγότος, ἀντὶ δὲ μάκτρας. In Eurip. Cycl. 679. pes secundus anapæstus est.

10. ὑποδεδρόμακεν omnes. Sed cum hæc de rubore dici ex Plutarcho pateat, malim ἐπιδεδρόμακεν. Apud Plutarch. Sympos. IV. 5. p. 1193. Lepra dicitur ἐπιτρέχειν τοῖς σώμασι. Sic Homerus Od. Z. 45. de cælo luce suffuso, λευκὴ δὲ ἐπιδέδρομεν αἴγλη. et de caligine ingruente Y. 357. κακὴ δὲ ἐπιδέδρομεν ἀχλύς. Callimach. ap. Etymol. Mag. p. 471, 36. ἐπέτρεχε λεπτὸς ἰονλος. Rem conficit, ut opinor, Aristænetus, II. 21. καὶ φύσεως αὐτόσκενον ΕΡΕΥΘΟΣ ΕΠΙΤΡΕΧΕΙ ταῖς παρειᾶς. Id. I. 10. p. 58. καὶ φύσεως ΕΡΕΥΘΟΣ εὐανθὲς, ΕΠΙΤΡΕΧΟΝ ταῖς παρειᾶς, Hermippus ap. Athen. I. p. 39. E. τῷ δὴ μήλῳν ἐπιδέδρομεν ὁδόι. Nicander Theriac. 172. χροιὴ ψαφαροῖς ἐπιδέδρομε νώτοις. Tum autem legendum foret χροῖ. Callim. Lav. Pallad. 27. τὸ δὲ ἔρευθος ἀνέδραμε, πρῶτον οἴαν Ἡ ρόδον ἢ σιβδας κόκκος ἔχει χροῖαν.

11. Sic Edd. veteres. Male Pearceius, MSS. aliquatenus farentibus, ὄρημ', ἐπιρρόμβευσι δὲ ἀκοναί. Male Toupius βομ-

VOL. I. NO. 1.

C

## 10

*Sapphonis Fragmenta.*

καδδ' ἴδρως πσυχρὸς χέεται, τρόμος δὲ  
πᾶσαν ἀγρεῖ· χλωροτέρα δὲ ποιᾶς  
ἔμι· τεθνάκην δ' ὄλιγω ἐπιδεύσην  
φαίνομαι \* \*

ἄλλα πᾶν τολματὸν, ἐπεὶ πένητα —

## III.

ἀστέρες μὲν ἀμπὶ καλὰν σελάναν  
ἀπὸ ἀποκρύπτοντι φαεννὸν εἶδος,  
όππόταν πλήθοισα μάλιστα λάμπῃ

γᾶν —

βεῦσ' ἐν δ' ἀκοαί μοι. Quod dedi, tuetur, Aristænet. II. 13.  
ἐβόμβει μοι τὰ ὡτα.

13. Mimmnermus Brunckii Poet. Gnom. p. 69. Αὐτίκ' ἔμοι  
κατὰ μὲν χροὶν ρέει ἀσπετος ἴδρως, Πτοιοῦμαι δὲ ἐσορῶν  
ἄνθος ὄμηλικίης Τερπνὸν ὄμως καὶ καλόν.

14. πούας dedit Vossius pro πορας. Vid. Dawes. M. C.  
p. 129. Sed vix præcedentem vocalem digamma producere  
potest. Idem recte monet ἀγρεῖ, τεθνάκην et ἐπιδεύσην Μελικε  
poni pro αἰρεῖ, τεθνήκειν, ἐπιδεύσειν.

16. ἄπνους e conjectura supplevit Manutius. Vossius retrahit  
ἄλλα, quod positum putat pro ἄλλῃ; absurde. Nomen pro-  
prium excidisse suspicatur Toupius.

17. Cratinus apud Hephaest. p. 97. Πάντα φορητὰ, πάντα  
τολμητὰ τῷδε τῷ χόρῳ.

III. Apud Eustath. in Iliad. Θ. p. 729, 21. qui ἀποκρύπ-  
τοντι φαενὸν — ὅποτ' ἀν. Scaliger. ad Manil. p. 66. dedit  
ἀποκρύπτοισι φαενὸν — ὅππόκαν. Sed ὅππόταν Koen. ad  
Gregor. p. 276. Spiritum mutavi. ἀποκρύπτοντι, quod dedi,  
Μελικοῦ est. Huc alludit Julian. Epist. 19. Σαπφὼ ἡ καλὴ  
τὴν σελήνην ἀργυρέαν φησί, καὶ διὰ τοῦτο τῶν ἄλλων ἀστέ-  
ρων ἀποκρύπτειν τὴν ὄψιν. Unde legendum forsitan λάμπῃ  
Ἀργυρέα γᾶν. Vid. Gaisford. ad Hephaest. p. 334. Ceterum  
Grammatici tradunt Μελικοῦ dixisse σελλάνα pro σελήνῃ.